



Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 3. Quomodo probetur vnio, & quando dicatur sortita effectum, & de eius reuecatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

ex ipsa questione, & ex comparatione Episcopi.

9.

*Quomodo probetur unio, & quando dicatur
sortita effectum, & de eius re-
uocatione.*

S V M M A R I A.

Unio non presumitur, sed probari debet ab eo, qui factam
asserit, cum unio sit quid facti, & odiosum, nu. 214.
& reprobat. Menoch. id declarans, ut non proce-
dat, quando asseritur facta unio duarum ecclesiarum,
de quarum paupertate, & inopia apparet: nam tunc
facta presumitur, quod est sine fundamento: nec Fe-
linus, quem citat, id dicit, sed solum, quod est consuetu-
ra, & c. n. 225.

Probanda est unio per instrumentum, seu literas ipsius
uniois, n. 226. & seq. ubi quod requiritur scriptura,
nec sufficiunt testes, ex Rota contra Caccialupum, &
Zerolum re'atos, n. 218.

Probatur etiam unio ex diuturnitate temporis, nu. 229.
sed quod tempus requiritur, resolutum contra ali-
quod relatus requiri tempus immemorabile, vel qua-
dragenarium cum titulo putatio d'nt' cau' in pre-
scribendi, n. 230. & seq. & in probanda dicta imme-
moriali debet probari, quod beneficium semper est
tanquam unitum possessum, & debet esse probatio
40. annorum de visu, n. 232. quod probatur ex cap. 1.
de prescript. in 6. & quia unio est contra ius com-
mune, & odiosa, n. 233. & ita tenet Rota, ut in reso-
lutionibus adductis, nu. 234. & in decisionibus po-
sitis, a num. 235. & in resolutione adducta, numero
238.

Id solum videtur procedere in unione accessoria, & ex-
tra titulari, secus in unione aque principaliter, in
qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & re-
tinet nomen, & iura sua. & solum agitur, ut unus sit
rector utriusque. & sic non ita resistit ius commune: unde
in ea non erit necessaria immemorialis, aut qua-
dragenaria cum titulo, sed sufficit quadragenaria
sine titulo cum bona fide, ut videtur velle Rota in
decis. positis, a n. 239. pro quibus facit declaratio S.
Congreg. adducta, n. 243.

Secundum Felinum, & Rebuffum alleganti unioem
esse factam sufficit ad eam probandam probare pos-
sessionem 40. annorum cum fama tituli ex doctrina
Bartoli in l. Cellus, de vltimo capio. volentis, quod
sufficit probare titulum ad vltimam capionem publi-
ca forma, numero 244. sed id videtur falsum nec
doctrina Bartoli videtur vera, & c. n. 245. & quam-
uis Rota secuta sit dictam doctrinam Felini in vna
Alexandrina, ut in resolutionibus adductis, n. 246.
tamen videtur postea reuocata, ut in resolutione
adducta, n. 247.

Probatur etiam unio ex verbis enuntiativis plurium
instrumentorum antiquorum, in quibus beneficia
tanquam unita enuntiantur, nu. 248. n. m. verba
enuntiativa plurium instrumentorum antiquorum
habent vim famam, n. 249. & fama in antiquis bene-
ficiis, etiam quod agatur de gravi preiudicio, dum-
modo sit univ. rnis, & solida, ac constant, & illusa,
& c. n. 250. & 251. & quod verba enuntiativa instru-
mentorum antiquorum probent, tradunt citati nu-
mero 252. adducitur resolutio Rote, numero
253.

2. Tom.

Id procedit quando ista instrumenta antiqua haberent
originem à diuersis personis, non ab eisdem, numero
254. & quando verba enuntiativa sunt clara, num.
255. sufficit tamen virtualiter enuntiare unionem,
ut in resolutione posita, numero 256. & debent ha-
bere originem à diuersis personis non suspectis, num.
257. nam enuntiativa plurium instrumentorum anti-
quorum non habent vim publicae vocis, & fama si vi-
deatur emanasse à personis suspectis, numero 258.
& sufficiunt, & requiruntur ad minus duo instru-
menta, num. 259. & adducitur resolutio Rote, nume-
ro 260.

Quod dicatur antiquum in proposito, aliqui docent de-
bere esse centum annorum, numero 261. & facit,
nam quamuis varia sunt opiniones, quod dicatur an-
tiquum in materia probationis, tamen communis, &
magis recepta est, ut requiratur tempus 100. annorum,
à nu. m. 262. quod Rota intelligit quoad instru-
menta, & scripturas in testibus vero illud dicit an-
tiquum, quod excedit 60. annos, numero 264. &
seq. ubi adducitur resolutio, Rote, Rota tamen alias
in instrumentis tenuit tempus 99. annorum pro an-
tiquo, & sequitur Mascard. & sustineri potest, cum
in tanto tempore unus annus parum importet, num.
266.

Tam in testibus, quam in instrumentis cum ambiguntur,
an sint de antiquo, detrahendum est tempus litis, nu.
267. & seq. ubi adducuntur resolutiones Rote.

Quod dictum est unionem probari ex enuntiativis in-
strumentorum antiquorum, accipitur concurrente
longissima quasi possessione ipsius unionis, non alias,
n. 269. & facit doctrina Aym. & aliorum quod licet
alias in antiquis probationes leuiore, seu presump-
tione, & coniecturales admittantur: hoc tamen non
habet locum contra possessorem, contra quem actor
debet plenissime probare, non obstante temporis anti-
quitate, nu. 270. quamuis idem Aymon alias teneat
sufficere probationes leuiore per iudicium, & conie-
cturas in antiquis etiam contra possessorem, qui non-
dum prescriptus, n. 271. qua sententia non placet, &
solum posset procedere quando praesens status, & pos-
sessio illius, contra quem agitur, non repugnaret illis
indiciis, & coniecturis, seu intentioni agentis, aut qua-
do ageretur de recuperanda re amissa de qua amissione
alias constaret, n. 272.

Probatur etiam unio per confessionem partis aduersae,
n. 273. sed obicitur, quod titulus beneficii non probatur
per confessionem aduersarii, licet ex ea possit ius-
tificari, & coadiuuari, n. 274. & quod ius patronatus
non probatur ex sola confessione aduersarii, v. 8.
Cong. censuit in declaratione adducta, n. 275. & sic
predicta sententia non videtur vera, nisi concurrentibus
adminiculis, & coniecturis, ut in simili de iure
patronatus tenuit Rota in decis. posita, nu. 276. & in
decis. posita, n. 278. & aliis ibi allegatis, & nu. 279.
iuxta quas decis. ita demum ex confessione partis
aduersae concurrentibus, etiam adminiculis probabitur
unio, si non agatur ad illius canonizationem: al-
ias id non sufficeret, ut dicitur de iure patronatus,
quamuis confessio etiam sola non reuocata actoris
pretendentis beneficium tanquam non unitum suffi-
ce et imponendum ei silentium, n. 280.

Quando unio dicatur sortita effectum, quod est vile
ad regulam Cancellarie reuocatoriam unionum, &
ad decretum Concilii sess. 7. cap. 6. & sess. 25. cap. 9.
resoluitur dici sortita effectum si secuta sit possessio,
non alias, nu. 281. & sic non subsequuta possessione ante
dict. regulam reuocatoriam superuenientem, unio

L. L.

per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio tanquam vere vacante legitime provideri, nisi vnio sit facta pro dote necessaria, &c. numer. 282. & seq. ubi ponuntur resolutiones Rota, & numero 289. ponitur decisio eiusdem, & refertur quod in adit Gonzalez.

Regula Cancellaria, quae superuenit de unionibus non sortitis effectum, non obstat quando aliqua bonorum portio à beneficio est dismembrata, & vnita monasterio, ex Rota nu. 287. sed non videtur verum, quia regula etiam de dismembrationibus expresse loquitur, num. 288.

Quamuis Mandos, & Rota cum Calder. videantur velle, ut vnio dicatur sortita effectum, fructus etiam esse perceptos, id non videatur necessarium, sed statim ac possessio capta est dici sortitum effectum. n. 290. & adducitur resolutio Rota, n. 291. nec est necessarium ad istum effectum, quod possessio sit pacifica, nu. 292. requiritur tamen praecise possessio, nec sufficit valuisse eam capere, & fecisse quantum in se fuit, & non potuisse habere, n. 293.

Regula ista reuocatoria unionum non videtur intrare, si saltem in parte vnio sortita fuit effectum, n. 294. licet secus sit in decretis Concilii d. c. 6. & 9. ex S. Congreg. & Rota à n. 295.

Vnio facta ex causa onerosa, & in recompensa, non reuocatur per d. reg. Cancellaria, n. 297. & facit quod videtur tenere Mandos, reg. illam locum non habere in vnione facta ex causa remuneratoria obseruitia, seu merita extraordinaria, n. 298. quamuis in vnione facta cum clausula in vim coactus habere locum alius Rota resolverit, n. 299.

Quando vnus dat de regula reuocatoria, & alter replicat vnionem fuisse sortitam effectum, cui incumbat onus probandi, remissum, n. 300.

De reuocatione unionis qui sunt videndi, nu. 301. & in summa dicitur primo, quod ille potest vnionem dissolvere qui potuit illam facere, n. 302. & potest Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiam à Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nisi facta sit à Papa ex plenitudine potestatis, secundum Pet. de Perusio, n. 303. & 304.

Secundo vnio reuocari potest cessante causa, propter quam facta est, vel alias ex causa necessitatis, & vilitatis ecclesiae, vel quia redundat in eius damnum, n. 305. sed vnio facta de ecclesia paupere non dissolvitur, si peruenit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis, numero 306.

Tertio, in reuocanda vnione requiritur causa cognitio, & consensus capituli, si ut in facienda, n. 307. & ulterius requiritur vocatio defensoris, & citatio eorum, quorum interest, n. 308.

Quarto, reuocatio unionis operatur, quod ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, n. 309.

224 Ad sextum, quomodo probetur vnio, dicendum est in primis vnionem non praesumi, sed probari debere ab eo qui factam asserit, cum vnire sit quid facti, & odiosum, Ripa respons. 1. de legib. n. 8. Rebus. consil. 8. versic. quinto respondetur, Mandos. reg. 12. qu. 5. 7. lib. 5. Rota decis. 557. n. 5. lib. 3. part. 3. diuersorum, Mascard. conclus. 1418. n. 1. & 2. Menoch. de praesumptio. lib. 6. praesumpti. 80. n. 1.

225 Qui n. 2. id est declaratur, ut non procedat, quando asseritur facta vnio duarum ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet, nam tunc facta praesumitur, & citat Felinum consil. 2. n. 23. Sed hoc est sine fundamento, & Felin. ibi solum dicit, quod est coniectura, non tamen quod ex ea sola praesumatur vnio, & ita tenet Rota in Tirafonen. infra adducta numero 241.

Probanda autem est vnio per instrumentum, seu literas ipsius unionis, Aymon. consil. 258. num. 10. & 11. Mascard. conclus. 587. numero 1. Rota decis. 127. Caesaris de Grassis numer. 8. Zerola in praxi. 1. part. verb. vnio. §. 8. dicens, quod alioquin vacare censerentur beneficia vnita, si solo verbo, & facto vnirentur & hoc accidisse in facto Beneuenti, ubi quaedam beneficia erant vnita seminario solo verbo, & facto, siue per multos annos vnita steteresset Reuerendissimi Nuntius Apostolicus hoc praesentens tulit sententiam, qua dictas vniones irritauit, & condemnauit seminarium Beneuentanum ad multam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim male perceptis.

Et quod ad probationem unionis requiratur scriptura, ex Aydone supra fuit resolutum in causa Theanen. beneficij S. Eustachij 20. Maij 1587. coram D. Gipsio, & quod non sufficiant testes, Rota decis. 557. n. 4. lib. 3. part. 3. diuersorum.

Quamuis Caccialupus artic. 7. dicat vnionem posse probari per priuilegia Apostolica, per instrumenta authentica, vel publica per testes, & alias species probationum, & Zerola 2. part. verb. vnio, quod probatur etiam per testes, & per instrumenta, & ex praescriptione immemorabili.

Secundo probatur etiam vnio ex diuturnitate temporis, Anchar. consil. 162. Felin. in cap. ex parte n. 2. de testib. & in cap. causam quae, n. 3. de praescriptione. lafo 1. in sciendum, ff. de verbor. obligation. n. 17. versic. quinto fallit, Balbus de praescripti. 1. part. 5. partus qu. 19. n. 2. Tiraquel. de praescripti. §. 1. glof. 4. vers. 20. Ant. Gabr. cor. 1. de praesumptione. à n. 12. Menoch. de praesumpti. 80. n. 3. & 4.

Sed dubium est, quod tempus requiratur, in quo quamuis Hostiensis in cap. quoniam, de viis, & honestat. clericor. & in sum. tit. de supplenda negligent. praetator. dicat, quod quancumque temporis diuturnitas non inducit vnionem, & quamuis Boerius dist. decis. 345. n. 6. & Cassianus consil. 10. dicant sufficere solum tempus 40. annorum ad praesumptiue probandam vnionem, quod sequitur Rebus. consil. 20. versic. non obest, dicens, quod ut probetur vnio per praescriptionem, necesse est, quod quis probet possedisse illam sine collatione tanquam vnitam per 30. vel 40. annos, & quamuis Flores qu. 23. num. 50. dicat sufficere, & requiri maius tempus 40. annorum cum aliis iudiciis.

Dicendum est ad probandam vnionem requiri tempus immemorabile, Ioan. Andr. in reg. qui contra. lib. 6. Oldral. consil. 296. numer. 3. Millis in repet. verb. vnio, Felin. consil. 2. & in cap. si diligenti, num. 21. de praescripti. Balbus supra n. 1. Rebus. in praxi d. reg. de vnio. gl. 9. ad fin. & consil. 187. Probis ad Monach. in cap. 1. de praescripti. in 6. num. 25. Aymon d. consil. 255. num. 11. Mascard. concl. 179. 587. & 1418. Pet. Gregor. dist. cap. 20. num. 13. Menoch. d. praesumpti. 80. numero 5. practica bilia Rota d. cap. de vnio. num. 12. versic. vnio debet probari, Flores 9. 10. num. 19. decis. Pedemon. Cache-rani 116. num. 11. & Rota decis. 9. & 10. de reb. ecclesiae, in antiq. puteus decis. 238. libro 1. & 209. libro 2. Caputaquen. 344. & 347. part. 3. & Caesar de Grassis dist. decis. 124. numero 12. & 127. num. 5. & 8. vel quadragenariam cum titulo putatio dante causam praescribendi,

bendi, (nam vnio potest præscribi, Pet. de Perusio cap. 4. n. 31. & 32.) Cardin. in Clem. 1. de supplenda negligent. prælator. quest. 20. Felin. d. consil. 2. decis. Pedemontana supra n. 12. Mascard. d. conclus. 179. & 1418. & Flores supra.

232 Et in probanda dicta immemoriali debet probari, quod beneficium semper est tanquam vnitum possessum, Ioan. And. supra n. 2. & Rota in causa Toletana iuris nominandi de qua supra 1. part. cap. 2. n. 41. & debet esse probatio 40. annorum de visu, Puteus d. decis. 209. n. 3. vbi enim ait 15. annorum, debet dicere 40.

233 Quod si probatur ex cap. 1. de præscript. in 6. iuncta reg. quod qualibet ecclesia debet habere suum rectorem cap. cum non ignores, de præben. cap. singula 89. dist. cap. quia nonnulli, de cleric. non residen. c. 1. 2. & 4. 21. 9. 1. c. cum singula, de præben. in 6. Vnde vnio duarum ecclesiarum, seu duorum beneficiorum est contra ius commune, Oldral. consil. 260. num. 1. glos. regul. Cancell. 11. in princip. Mandos. reg. 22. quest. 1. n. 3. Rota decis. 557. n. 3. libro 3. part. 3. dixerunt, & vniones sunt odiosæ de iure, glos. vbi, & reg. 21. & Mandos. & Rota d. numero 3. & quod vnio est odiosa, & iuri communi repugnans, ait Calder. consil. vltim. de reb. ecclesie, num. 1. Anchar. consil. 114. & Aymon d. consil. 258. numero 10.

234 Et ita fuit resolutum in causa Caputag. vnionis coram D. Bubalo de anno 1587. vt infra n. 260. & coram D. Penna de mense Nouemb. 1593. vbi fuit tentum, vnionem non probari per lapsum 40. annorum, sed Rotam requirere immemoriam, vel saltem 40. annos cum titulo, &c.

235 Idem fuit resolutum in causa Tirasonen. iuris præsentandi coram D. Bubalo 14. Octobr. 1588. & 17. Martij, & 9. Iunij 1589. vt apparet ex decisionib. sequentibus 14. Octobr. 1588.

Quo ad annexionem portionum cum Vicariis S. Michaelis, & S. Bartholomæi Domini tenuerunt non probari dictam annexionem, testes enim non probant immemoriam, nam secundus, & tertius, super quibus præcipue fundatur hæc probatio, non concludunt de 40. annis ante notam litem propter defectum atatis, nec presentationes antiquæ suffragantur, quia non dicunt cum portionibus annexis, & modernæ presentationes non possunt constituere aliquem statum annexionis, quia ad probandam annexionem non sufficit status 40. annorum, vt per Puteum decis. 238. Dubitauit libro 1. neque erectio ecclesie de Borgia in collegiatam potest recipere interpretationem ex obseruantia subsequente, quia de obseruantia antiqua non constat, & obseruantia moderna non potest interpretari erectionem antiquam factam de anno 1449. vt fuit resolutum in illa Placentina voti coram Reuerendissimo Oriolen. confessiones in duobus visitationibus non suffragantur, tum quia consentiunt statum de præsent. tum etiam, quia ex illis non elicitur expressa confessio, quod ista beneficia sunt annexa, non enim sequitur, cura animarum consuevit exerceri per vnum ex portionariis, ergo portiones sunt annexæ, ita vt capitulo Tirasonen. competat ius præsentandi ad portiones, & vicarias, quia potuit induci consuetudo præsentandi ad vicariam vnum ex portionariis, prouisiones Apostolicæ de anno 1543. in quibus prouidetur de portione, cui cura imminet animarum, non inducunt statum annexionis, quia non sunt enunciatiue antiquæ, quæ habent vim factæ, & consequenter ex eis non probatur annexio.

2. Tom.

In eadem 117. Mart. 1589.

Domini pro maiori parte tenuerunt non constare de aliquo titulo annexionis portionum ad vicarias S. Michaelis, & S. Bartholomæi, nec de aliquo statu qui suffragetur cap. Tirasonen. nam vt alias dictum fuit, ad probandam vnionem requiritur immemorialis, vel quadragenaria cum titulo habili ad præscribendum, ita Felin. consil. 2. vbi dicit, quod non sufficit probare, quod ecclesia fuit possessa per quadraginta annos tanquam vnita, seu annexa, sed vel probetur titulus saltem putatiuus, vel immemorialis, hic autem non probatur immemorialis, nec ex testibus qui non habent atatem, vt alias dictum fuit, nec etiam ex scripturis presentationum, quia presentationes ad vicarias cum portione annexa incipiunt ab anno 1535. Nec videbatur istis Dominis, quod bulla erectionis ecclesie Borgia in collegiatam præstaret aliquem titulum istius annexionis, quia quamuis in prima bulla dicatur vicarias gaudere debere distributionibus, tamen cum bulla fuerit postea reuocata, non potest fieri in ea fundamentum, nec potest dici constare de aliquo statu, qui suffragetur capitulo Tirasonen. quia si volumus considerare hunc statum ad effectum inducendi vnionem, tunc non est sufficiens status 40. annorum, vt supradictum est, nec intrat dispositio, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. quia in materia vnionis non agitur de qualitate beneficii, sed de substantia, Puteus decis. 238. lib. 1. Si autem volumus considerare hunc statum ad effectum, vt Tirasonen. acquisuerit quasi possessionem præsentandi portiones, etiam si sint separate, & hoc prætere non possunt, quia ipsi non præsentarunt vti ad portiones separate, & sic cum hoc iure vti non fuerint, non possunt dicere hoc ius sibi acquisiuisse per ea, quæ dicta fuerunt in vna Sipontina iurisdictionis coram R. P. D. Decano 18. Aprilis 1586.

In eadem 9. Iunij 1589.

Vit iterum causa proposita, & Domini steterunt in decis. quod nec ex verbis bullæ erectionis, neque ex obseruantia potest colligi prætensa annexio.

Et si quod in præscribenda vnione requiratur, vel quadragenaria cum titulo, vel immemorialis cum rebus, a glos. in cap. 1. de præscript. in 6. fuit resolutum in causa Aquinaten. beneficii 29. Aprilis 1602. coram D. Ludouisio.

Quod tamen solum videtur procedere in vnione accessoria & extinctiua tituli, secus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & retinet nomen, & iura sua, & solum agitur, vt vnus sit rector vtriusque, vt supradictum est ad tertium à n. 37. & sic non ita resistit ius commune, vnde in ea non erit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, sed sufficiet quadragenaria sine titulo, cum bona fide tamen, vt videtur velle Rota in d. Tirasonen. iuris præsentandi 16. Martij, & 16. Octobris 1592. coram illustrissimo Blancheto, & vltim. 21. Octobr. 1594. coram D. Lita, vt in decisionibus sequentibus.

16. Martij 1592. coram D. Blancheto.

Domini in propositione huius dubij fuerunt cōcordes, 239. multa concurrere pro capitulo Tirasonen. quæ probant statum vicariarum S. Michaelis, & S. Bartholomæi esse talem, quod presentatio facta ad ipsas habuerit etiam locum quoad duas portiones in ecclesia collegiata existentes, de quibus agitur: primo enim ponderatur

LL 2

erectio in collegiatam, in qua tribus beneficiis inungi-
tur cura animarum collegiata ecclesia, & S. Bartholo-
mei, & S. Michaelis cum reservatione distributionum
quotidianarum in ecclesia collegiata, quae distributiones
non consueverunt assignari, nisi beneficiis in ecclesia
cap. 1. de clericis non residentibus in 6. quae erectio cum ha-
buerit effectum suum quoad vicariam in ecclesia S. Ma-
rii & idem videtur sentiendum de portionibus, tum quia
ratio propter quam contrarium decideri debeat, non assi-
gnatur, tum etiam quia videtur sufficere observantia in
vno capite, ut in alio non dissimile idem in statu debeat,
ut fuit resolutum in causa Toletana annatarum coram
R.P.D. Orano coadiunatur ex aliis, quae praecedunt, &
subsequuntur laudum. Et primo ex collatione facta 1494.
Alphonso de Cordona, per cuius obitum anno 1530. va-
cante vicaria, datur possessio eius successori prima por-
tionis in ecclesia collegiata cum assignatione stalli in cho-
ro, ubi eius antecessores sedere consueverunt, ut in sum-
mario iurium capituli n. 2. Secundo ex possessione tradita
anno 1523. procuratori Petri Marquez, de qua, in sum-
mario n. 10. ambiguntur verba laudi, ubi: Prout ha-
ctenus consueverunt, & ad eos pertinent, quae secundum
aliquos ex domibus causantur prolata, non autem limi-
tatae stare videntur. Haec omnia tertio loco coadiunantur
ex collationibus subsequentibus laudum, & distis tes-
tium, Tirasoni, videntur, & testibus universitatis Bor-
gie in causa congrui servitii, & testibus capituli Borgie,
ex quibus probatur effectum presentationis ad vicarias
porrectum fuisse ad portiones, non solum spacio 40. anno-
rum, sed de audita a maioribus, ita ut magis verificetur
narrativa laudi, ex omnibus his simul iunctis presumi
posse dicebant hunc statum praecessisse laudum, cum de pre-
senti in praeteritum facile presumatur, cum ad sit ali-
qua iusta causa ita presumendi, Alex. conf. 16 n. 3. lib.
1. Salic. in l. ex qua persona, C. de probat. Alciat. reg.
2 praef. 20. n. 2. praecipue cum de statu contrario nihil do-
ceatur. Non obstat, quod agatur de substantia beneficii,
non de statu, quia cum non pretendatur vno beneficii
extinctum, sed ut presentari a capitulo ad istas vicarias
censeantur etiam presentari ad portiones, quod consue-
tudo, & praescriptio fieri potest, Gemin. in cap. cum
de beneficiis, n. 3. de praebend. in 6. non obstat vulgaris
regula, quod provisiones Apostolicae non immutent sta-
tum beneficii, & Eid. decif. 107. Achilles de statu bene-
ficii, decif. unica, quia declarant statum, in quo benefi-
cium reperitur, praecipue stante traditione possessionis sub-
sequuta per i. Borgie, quae si aliter res se habuisset, non sic
de facili tradita fuisset. An autem praedia omnia sus-
sistantur in casu de quo agitur, poterit particulariter
videri, &c.

In i. eadem Tirasonen. annexiones

16. Octob. 1592.

241

Fuit resolutum probari talem statum qui suffragatur
capitulo Tirasonen. ad dictum effectum, cum enim a-
gatur de interpretatione laudi in cap. 17. ubi reservatur
ius presentandi capitulo ad istas vicarias, prout hactenus
consueverunt, multa concurrunt, quae probant quale es-
set consuetum, ante laudum enim indubitatum est, quod
anno 1594. vacante vicaria S. Michaelis fuit ad illam
presentatus Alphonsus de Cordona qui habuit possessio-
nem portionis, quod probatur ex possessione tradita anno
1530. eius successoris, cui assignatur stallum in choro in col-
legiata cum assignatione, quod erat illud, in quo sui ante-
cessores sedere consueverunt, & postea datur obolus pro
distributionibus quotidianis. Denique deducitur, ad eccle-

siam parochialem anno 1523. etiam data fuit possessio por-
tionis vicaria nuncupata in ecclesia S. Bartholomei,
Michaeli Marquez procuratori Petri Marquez, ex
his duobus actibus praecedentibus laudum consueverunt
satis est probatum, Bartol. in l. mella, §. i. ff. de alimentis
& cibis. legat. Crescen. decif. 10. Nec obstat, quod illa
anno 1530. subsequatur laudum, quia respondetur primo,
ex illa de latariis Alphonso de Cordona, cuius promissio
praecesserat laudum. Secundo, quod cum laudum ege-
ret confirmatione, nec dum esset confirmatum, imo non
essent data mandata ad petendam confirmationem, isti
actus debet potius adscribi tempore praecedenti laudum,
quam subsequenti, quia confirmatio actus nullius recipit
roborem a confirmante. Felin. in cap. inter dilectos, n. 14.
& seq. de fide instrumenti. Parisius consil. 19. n. 16 in
princ. Nec refragatur, quod provisiones Apostolicae non
mutant statum beneficii, quia ultra dista in decisione fa-
cta 16. Martij proximo praeteriti non attenditur tantum
promissio Apostolica, sed factum capituli Borgie in traden-
do possessionem vicariae, si enim fuisset separata portio, &
vicaria, gratia Apostolica supra vno beneficio fuisset sine
narrativa partis, & praecipue Papa demadara executione
super duobus, sed cum in gratia nulla sit facienda men-
tio de annexis cap. supra eo, ubi Dd. de praeben. in 6.
Rota de rescript. in antiq. decif. 46. Felin. in cap. in
nostra n. 3. de rescript. necesse est fateri titulum ad vi-
cariam tribuere ius etiam ad portionem. His accedit i-
psa erectio facta anno 1452. sub Nicolao Papa V. in qua
supprimuntur novem portiones cum narrativa, quod ex
17. portionibus tres exercebant curam animarum, & ex
hac causa erant exempti ab interfectione in choro tempo-
ribus destinatis ad divinum celebrationem. Quae nar-
rativa, cum finis in antiquis, plene probat statum anne-
xionis, Alexan. & Lasc. num. 4. in l. cum aliquis, C. de
iure deliberandi, Felin. in cap. cum causam col. 2. ver-
fic. est verum, de probat. Paris. conf. 104. n. 48. volum.
1. praecipue cum concurrat narrativa ipsorum Borgien.
anno 1433. Neque est faciendum fundamentum supra non
sortito effectu erectionis, quia licet prima non fuerit effe-
ctum sortita, sub preteritis, quod multa fuissent narrata a
vero aliena, nihilominus ista tantum anno 1452. habuit
effectum, & fuit per Episcopum Tirasonen. executioni do-
madara, in qua idem quod in prima narratum legitur.
Praeterea ut fuit dictum in des. 16. facta Martij praeteri-
ti, cum non deur ratio diversitatis, quare magis presen-
tatio ad vicariam in ecclesia B. Virginis debeat habere
locum, etiam quoad canonicatum in eadem ecclesia, quae
presentationes ad duas vicarias quoad istas portiones,
potest argui ab observantia erectionis in illa ad istas, de
quibus agitur, & ex illa statum esse quae situm etiam quo
ad reliquas eiusdem speciei, ex decif. coram R.P.D. meo
Orano in illa Toletana annatarum, quia in istis inspi-
citur causa privilegii, non exercitium, Baldus in l. 1. nu.
24. C. de mancipationib. liberor. Coadiunatur haec
probatio ex unione facta 1425. cuius copiam dederunt
scribentes pro Borgien. in qua propter pauperatatem vi-
cariae in ecclesia B. Mariae vniuer portio primo vacatur,
quae praesumptio pauperatatis intrat etiam in istis duobus,
& licet non inducat praesumptionem tituli, prout vult
Felin. consil. 2. n. 25. tamen negari non potest quin faciat
maximum gradum probationis, praecipue cum non con-
sistat de alia dote harum vicariarum. Hoc etiam probatur
ex articulis Borgien. & testibus desuper examinatis, &
aliis articulis universitatis in causa congrui servitii,
ex quibus colligitur semper exercitium cura anima-
rum fuisse penes unum canonicum in ecclesia colle-
giata, & penes duos portionarios in aliis ecclesiis,
confessione autem propria nulla maior probatur. Doct.
in leun-

in l. cunte, C. de transactio. & in c. i. de confessis in 6. alias hoc sequeretur in onueniens, quod cum Borgien. qui que partes decimarum recipiant, si due portiones non essent applic. i. e. ro. dote. vicariatum, de quibus agitur vicaria remanere. i. sine dote, & ius presentandi esset inutile, quia nemo hoc onus acceptaret. & ad hoc emendandum intrat regula, quod concessio vna ex censetur concessa, sine quibus illud stare non potest, l. 2. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. oratio ff. de sponsal. promissis ex abundanti Domini dixerunt, coniungendas esse presentationes, que laudem fuerunt subsecuta, ex quibus, quod sue ut prius ob seruatum, argui potest ex allegatis in preterita decisione & Ruino consil. 143. nu. 21 & 23. lib. 5. nulla enim ratio assignatur cur capitulum Borgien. a tempore lat. lauti, usque ad annum 184. quando super hoc incidenti actum fuit, tacuit imo non solum tacuit sed iuratus ad vicarias per capitulum Tirasonen. presentatis portionum possessionem assignauit: & hinc oritur alia presumptio, quod si presentatio ad vicarias, non traxisset effectum suum ad portiones, non est vero simile, quod ordinarius nunquam contulisset ipsas portiones, & illas semper pro derelicto habuisset, vel nullus tam uim deuo utas a sede Apostolica impetrasset, cum prouisi nullum alium titulum habuerint, quam presentationes & inscriptiones ad vicarias. Non obstant deducta in contrarium, & primo quod illa verba prout consueuerunt stent conditionaliter, non autem causatiue, & ideo veniat verificanda conditio, quia quando tales dictiones apponuntur in dispositione, de cuius natura est aliquid de nouo dare, & in ea conceditur aliquid certum, tunc illa verba stant causatiue, non conditionaliter, Felin. in c. ex parte el. primo n. 10. de rescript. & Tuerius Decian. late in consil. 58. nu. 61. lib. 2. & fuit dictum in causa Cau. ien. iuris dictionis coram bona memoria Lauretano 8. Nouembr. 1576. in laudem autem non r. seruatur ius presentandi, sed arbitri pronuntiant illud ius pertinere capitulo Tirasonen. in illis verbis, prout hactenus consueuerunt, & ad eos pertinent. Preterea in dubio illa facienda est interpretatio, ut verba stent potius causatiue, quam conditionaliter, ut per Decianum ubi supra & alios allegatos. Non obstat etiam, quod confirmatio retrahatur ad datam confirmationem, quia quando actus est omnino nullus ut dictum fuit, & eget ad sui validitatem confirmatione, attenditur tempus constitutionis, non autem actus gestus, nec retroaction: est locus, Baldus in l. ex placito, num. 8. ver. sicul. secundo casu, C. de rerum permutatione, & fuit resolutum coram bona memorie D. de Rubis in vna persona testamenti 27. Iunij 1583. nec obstat, quod hoc casus, quia ius immemoriabilis, vel quadragenaria cum titulo pri. mo, quia ubi concurrunt voluntas partium, & confirmatio Pape, non est necessaria probatio immemoralis possessionis. Secundo dicitur, quod hic non agitur de vnione tituli: extinctiua, vel accessoria, per quam vnum beneficium fit predium alterius, & nomen admitti i. beneficij, Calder. consil. vltim. de rebus ecclesie non alienan. Rota in eodem titulo in antiquo, sed agitur de vnione aque principali, in qua quodlibet beneficium retinet nomen, & iura sua, vno solum datur facta quo ad titulum, ut vnus, & idem sit prelatus utriusque. Hostien. cap. i. colum. 1. versicu. tertio sic. Bar. in col. 2. ad fin. versicu. tertia species, Abb. num. 6. ne sede vacante, Cacial. p. de vnio. quest. 2. num. 2. quare potius controuertitur pertinentia collationis, seu de iure presentandi, quam de vnione, cum capitulum Tirason. tantum pretendat, quod presentatus ab ipso ad vicarias debeat consequi portionem, quare cum ordinarius non sit in causa, nec reclamet, sufficit sola fama, Cassad. decif.

2. Rom.

1. de probatio. & ut fuit resolutum in Rota in pluribus causis, quod decretum Concilij Trident. ca. 9. sess. 25. non habet locum, quando causa agitur inter presentatos a patronis tantum, non existente in iudicio prouiso Apostolico seu ab ordinario. Preterea, capitulum de beneficio, de prebendis in 6. procedit, quando probatur aliquis status precedens, sed Borgien. nedum non probant statum diuersum, quod imo eorum probationes incalcentur in hanc partem, quod presentati ad vicarias obtinuerunt etiam portiones, ut fuit supra deductum, & ex hoc respondetur summario institutionum factarum ad presentationem capituli Tirasonen. dato per scribentes pro Borgien. cum enim presentati simpliciter ad vicarias obtinuerint portiones absque alia presentatione, sequitur presentationem capituli Tirasonen. cum institutione subsecuta ius sibi ad portiones tribuere. Ex abundanti etiam dictum fuit, quod dato, quod requireretur immemoralis, seu quadragenaria cum titulo hic attento tempore litis mora supra hoc incidenti quadragenaria per testes optime probatur, & cum sufficiat titulus putatiuus, alias enim si esset verus, cessaret disputatio, Felin. in dict. consil. 2. pro titulo putatiuo deseruit erectio, in qua enunciat, ut ex 17. portionariis tres in tribus parochialibus exerceant curam animarum. Et ex his ita fuit decifum, &c.

In eadem Tirasonen. iuris presentandi

248

21. Octobr. 1594. coram

D. Litt.

Pluries proposita hac causa non potui certam capere resolutionem ex eo, quod pro vna parte informabatur supra statum, pro alia vero supra vniuersum vnde Domini die 13. Iunij mandarunt super omnibus aque informari, quo tandem facto resolverunt constare de vnione: ad effectum, de quo agitur, qui est, ut presentatus ad vicariam regimini vicari non tantum preesse debeat, sed etiam portionis, que per obitum ipsius vicarij contingeret vacare, considerantes hic non agi de vnione extinctiua tituli, vel accessoria, cui resistat ius commune, ad quam probandam cum agatur de notabili preiudicio ecclesie, nil mirum si immemoralis ipsa, vel saltem quadragenaria cum titulo putatiuo requiratur, iuxta consil. Felin. secundum plures per Rotam canonicatum cum sic ecclesiis, que sic alteri vniunt, efficiatur predium, & amittat omnem spiritualitatem, Calder. consil. vltim. de rebus ecclesie, sed potius agitur de vnione, per quam status ecclesie seu essentia beneficiorum non alteratur, sed in suo statu, & honore remanent, & eo tantum respectu fit, ut ab vno, & eodem prelato regantur, capitulum & temporis 16. q. Caccia lupus de vnio. art. 2. num. 2. Petr. de Perusio de vnio ecclesiarum cap. i. numero 4. & 6. quod fit, ut cum non agatur de preiudicio ecclesie, ita considerabili, nil mirum si ad talem vnionem iustificandam tantum ex ista probatio necessaria non est: cautius enim est agendum, ubi maius periculum imminet, cap. periculum, de electione in 6. cap. quiescamus 42. distinct. 1. manifestissimi, C. de furtis, Nec leuis visa est dominis probatio ad hunc effectum adducta per capitulum Tirasonen. primo, quia ex lectura literarum erectionis ecclesie S. Marie de Borgia in collegiatam, que facta est de anno 1452. apparet qualiter vnus ex portionariis d. ecclesie preerat cure animarum parochianorum ipsius ecclesie S. Marie, alius ecclesie S. Michaelis, alius vero ecclesie S. Bartholomei, quo fit, ut cum predicti tres eodem tempore essent portionarij in ipsa ecclesia S. Mar.

L. L. 2.

ra, & vi tales distributiones ut alij perciperent, & simul preessent cura animarum respectu in dictis ecclesiis, & vicarij nuncuparentur, sicque in futurum fieri deberet; merito ex dict. literis videtur constare de tali vitione, cum citra eam iure permissum non sit, ut una eademque persona presit regimini duarum ecclesiarum, cap. de multa de praebe. cum vulgar. & cum praedicta litera erectionis non tantum respectu ipsius erectionis habuerint effectum, sed etiam vicaria existens in eadem ecclesia, ad quam presentatus per capitulum Tirasonen, eam non tantum consequitur, sed simul canonicatum, qui ex simili portione creatus fuit: idem idcirco videtur posse indicari respectu vicariae S. Michaelis, & S. Bartholomaei, ut scilicet presentati ad eas non tantum eas consequi habeant, sed simul, & portiones, quae cum eis vacare contigerit, cum & ipse ab eodem fonte procedant, & ratio diversitatis assignari non possit inter vicarias S. Mariae, & istas, ad gloss. in cap. si postquam, de election. & notata per DD. in l. illud, per illum textum ad leg. Aquil. quod maxime placuit dominis, stande quod etiam respectu vicariae S. Michaelis, & S. Bartholomaei minime constat de statu contrario, imo ex multis prouisionibus factis pro tempore de dictis vicariis ad presentationem capituli Tirasonen, quae in alijs positionibus huius causa coram D. Blancheto ex parte capituli Borgia data fuerunt, quarum duae sunt de anno 1468. una de anno 1497. altera de anno 1506. altera de anno 1523. & altera de anno 1524. videtur apparere de effectu dictionum literarum, & simul de iustificatione huius unionis, ex eo signanter, quod etiam presentati ad dictas vicarias licet non essent tunc temporis portionarij in ecclesia S. Mariae, prout vere non erant, nihilominus eo ipso, quod admissi fuerunt ad vicarias, effecti simul fuerunt portionarij in d. ecclesia B. Mariae, & nulla maior scriptura, aut actus precedentis interpretatio allegari potest, quam quae ex obseruantia subsequuta deducitur, l. si de interpretatione, ff. de legib. Aymon consil. 39. n. 9. & 192. num. 19. ultra quod ex obseruantia dictionum literarum, quae non controuertitur respectu erectionis, & respectu vicariae existens in dict. ecclesia potest dici quasi a quasi possessio ad fauorem capituli Tirasonen. respectu omnium dispositorum in dictis literis ad eiusdem capituli fauorem, & sic etiam respectu vicariae S. Michaelis, & S. Bartholomaei, ut in simili alias dictum est in Toletana annatarum coram D. Orano. Secundo, quia in confesso est, apud partes ad capitulum Tirasonen, spectare ius presentandi ad vicarias, onus autem eis exercendi in iunctum esse portionariis Borgia, hacque de causa eis assignatas fuisse quinque partes ex duodecim decimarum, quae spectant ad capitulum Tirasonen, ut lectura laudi per sedem Apostolicam confirmati, quod emanauit de anno 1529. quo fit, ut necessario concludendum videatur pro ipsa vitione, & sic, ut presentati ad vicarias ad eas non tantum admitti debeant, sed etiam ad portiones, quae simul cum eis vacarunt, cum aliter praedicta duo concurrere non possent, ut scilicet succedente vacatione capitulum Tirasonen, possit presentare ad vicariam vacantem, quem vult, & quod vicaria exerceri debeat per portionarium, iuxta tenorem dict. laudi ad l. Oratio de sponsal. l. 2. de iurisdic. omnium iudic. Nec oblat dixerunt Domini si dicatur, idem verificari posse, ubi per capitulum Tirasonen, praesentetur ad vicariam vacantem unus ex ipsis portionariis considerantes, quod sic ius liberum presentandi ad vicarias non competere ipsi capitulo, sed potius restrictum ad certas personas, quod in dubio ita minime seruatum fuisse credendum est ad s. sed ius quidem civile, de iure naturali, & l. i. §. qui in perpetuum, si ager

vectigalis, ultra quod ex supra narratis prouisionibus clare apparet dictum ius presentandi ad vicarias non fuisse restrictum ad portionarios, sed omnino liberum. Tertio, quia ubi essemus etiam in casu, in quo necessaria esset quadragenaria cum titulo putatio, ex quo verus titulus non eget aliqua praescriptione, Roia 9. de rebus ecclesiae, Felin. cap. cum contingat. numero quarto de foro compet. & dict. consil. 2. numero 2. Rebus in praxi de viuo. numero 31. Putius decif. 240. libro primo, dixerunt Domini de ea satis constare, quia pro titulo putatio seruire possunt litera erectionis, necnon & laudum vii confirmatum a sede Apostolica, & sic ab habente potestatem veniendi, ad capitulum, sicut vniri, de excessib. praetorum, Mandos. 3. quaestio 16. numero 2. praesertim cum ex prouisione facta de vicaria S. Michaelis ad fauorem Alphonsi de Cordona de anno 1494. iuncta prouisione facta de eadem vicaria ad presentationem eiusdem capituli de anno 1530. ad fauorem successoris Alphonsi apparet, qualiter Alphonsus ipse vigore dictae presentationis, & prouisionis consecutus fuit non tantum possessionem vicariae, sed etiam portiones, sicut etiam ex post illius successoris tradita est per ipsummet capitulum Borgia, quae prouisiones iunctis alijs de eisdem vicariis factis cum portionibus vii annexis saltem operari debent, ut litera dictae erectionis, & laudum ad effectum de quo agitur, deseruire possent pro titulo putatio, Putius decif. 15. in fin. lib. 3. post Socin. consil. 260. numero decimo-quarto, libro secundo, maxime cum vigore dictae erectionis, cum & laudi emanarint dictae prouisiones, & sic per consequens per prouisos capita presumatur possessio dictarum vicariarum, & portionum respectu ad l. secundam, C. de acquirend. possess. l. quaedam mulier, de rei vendicat. cum etiam, quia de ipsa quadragenaria satis constare dixerunt Domini ex depositione testium, de qua in sumario Tirasonen. cum illi sint aetatis 60. annorum, & aliqui maioris aetatis, & deponant de recordatu 50. annorum, quodque semper viderunt fieri prouisiones de vicariis cum portionibus annexis, & licet respectu eorum depositionis non videntur dictione, & citra, videntur tamen dictione semper, quae idem operatur respectu probationis quadragenariae, Socin. consil. 54. libro 4. Felin. cap. licet numero 8. de probat. Quae probatio eo fortior redditur, quod etiam semper depositione testium pariter aduersa fundatur, Roma. consil. 104. Socin. l. iunior. 69. libro 1. Riminal. l. iunior 60. libro 1. & eo verisimilior redditur, quod confessione pariter aduersa examinatur in causa congrui seruitutis, ad notata per DD. cap. 1. de confessis in 6. & tanto magis videtur sustinenda hac probatio, ex quo non agitur principaliter de ipsa vitione, sed incidenter ad effectum, ut prouisi de vicariis simul, & portiones consequi habeant, & ordinarij, seu eius fiscus non est in causa: quo fit, ut etiam leuiore probationes sufficiant, gloss. l. si certis, §. sed si, si seruit. vendicet. Calder. consil. 23. de praeben. Cesar decif. 13. eodem, nec de prauidicio capituli Borgia, quod est in causa, tractatur, cum teneatur omnino per portionarios sustinere onus dictarum vicariarum, propter quod etiam eisdem assignata sunt quinque partes, ex duodecim decimarum spectantium ad capitulum Tirasonen. minusque ei competat aliquod ius conferendi dictas portiones, quoties eas vacare contigerit, ideo, &c. Nec potest dici, quod praedicti testes non deponant de 40. annis ante litem motam, siquidem, quia fuerunt examinati de 1536. & l. iuxta assertionem Borgien. fuit capta de 1580. Vnde cum deponant de recordatis a 40. annis, vti

si quis de.

tique deponunt de tempore 44. annorum ante litem. Nec refert, quod primus & tertius dicant à 40. annis habuisse communicationem in utroque populo, quia non per hoc sequitur quin antequam habuerint communicationem, potuerint scire id, super quo deposuerunt à suo recordatu, qui est annorum 40. cum ista duo adinuicem non contrariantur, maxime cum testes dum deponunt habere communicationem in utroque populo à 40. annis, subdant, & ultra, quæ dictio potest etiam verificari respectu restantis temporis eorum recordatus, ut notum est, & regulariter dicta testium sunt inuanda, non cauillanda, cap. cum tu, de testib. l. quoties de reb. dub. Cas. ad. dec. 3. de probationib. nec potest dici, quod dum testes dicunt vidisse, & scire esse annexas, &c. non probent, quasi quod deponant per verbum iuris, quia considerantur domini, quod testes etiam dicunt, quod quandoque vacarunt aliquæ vicariæ viderunt provideri simul cum portionibus annexis: quo fit, ut cum eorum depositio fundetur in sensu corporis, merito iustitiam debeat, cap. testes, part. 3. Innoc. cap. cum caulam, de testibus, Gemin. consil. 42. num. decimo. Nec enervari huiusmodi probationem conclusionem sui ex eo, quod medio tempore vicariæ simul cum portionibus fuerint possessæ per prouisos Apostolicos quasi quod subducendum sit tempus, dictarum prouisionum ad decisionem Guidoboni 133. de præscriptione. quæ decisio aliquibus ex Dominis faciebat difficultatem, quia per alios fuit responsum, quod cum prouisi de vicariis, siue à Papa, siue ab ordinario possederint per 40. annos, & ultra vicariis simul cum portionibus, negari non potest quin bene probetur quadragenaria præscriptio, quæ in possessione radicatur, & non in eo, quod qui possederint, fuerint ab eodem prouisi, ad cap. cum in tua, de decimis, & cap. fin. de offic. Archidiacon. imo ex dictis prouisionibus magis iustificari prætensionem Tirasonen. dixerunt Domini, cum illa necessario præseferant unionem de qua agitur, siquidem quia prouisiones ille loquuntur de vicariis simpliciter, & tamen prouisi per capitulum Borgia semper fuerunt immixti in possessione vicariarum, & portionum respectu, cum expressa assertionem, quod essent unitæ vicariis, quod citra veritatem dictæ unionis, aut manifestum capituli Borgia delictum fieri non potuit, ad quod euitandum admittitur omnis interpretatio, l. merito. ff. pro socio. Vt iterum circumscripta ipsa unionem deliquissent ordinarii qui pro tempore extiterunt, patiendi portiones, quæ vacarunt morte vicariorum, tanto tempore vacare, & absque aliqua collatione à prouisis de vicariis tantum indebite detineri, quod similiter in sensum sensati hominis cadere non debet, tum quia unusquisque diligens præsumitur in his, quæ spectant ad officium suum, cap. ad audientiam, de præscriptionib. & cap. deputati. de appellat. tum etiam, quia verisimile non est, quod ita supine passi fuissent ordinarii se priuari iure conferendi separatim dictas portiones, ubi de veritate ipsius unionis informati non fuissent, argument. l. cum de indebito, ff. de probationib. & denique deliquissent, etiam prouisi de vicariis tandem possidend. absque titulo portiones ipsas, & in peccato tali moriendo, contra id, quod habetur in cap. sancimus, t. quæstion. 7. quod scilicet nemo præsumitur immemor suæ salutis. Et denique considerabant Domini, quod decisio Guidoboni posset applicari, ubi capitulum Tirasonen. pretendit acquiescere ius præsentandi ad vicarias, & portiones mediante ipsa quadragenaria, nam hoc casu bene deducendum esset tempus prouisionum Apostolicarum, ubi illa facta non fuissent ab præsentationem capituli, & ratio est manifestæ, quia

2. Tom.

possessio capituli tunc non esset uniformis, stante quod prouisi Apostolici non possederunt vigore præsentationis suæ, unde sicut statim primo beneficio aliquid non detrahunt prouisiones Apostolicæ aliter factæ, ut omnibus notum est, ita etiam ei robur attribuere non debent, ut pari passu res ipsa metiatur, & propterea nil mirum, si illud tempus deducitur. Verum hoc in casu capitulum Tirasonen. non præcendit principaliter acquisisse aliquod ius præsentandi ad vicarias, minus ad ipsas portiones mediante hac quadragenaria, sed ex quo non dubitatur quin sibi conpetit ius liberum præsentandi ad ipsas vicarias, ut ex deductis constat, quod huiusmodi vicariæ debet exerceri per portionarios Ecclesiæ B. Marie de Borgia, ideo iure merito præcendit capitulum, quod præsentati ad vicarias debeant non tantum de eis prouideri, sed simul de portionibus, quæ cum eis vacarunt, & hoc tum per necessariam consequentiam ipsius iuris præsentandi vicarias, iuncta tamen obligatione capituli Borgia, de qua in literis dictæ erectionis, & laudis: tum etiam quia ad fauorem dictarum vicariarum potest dici tale ius legitime præscriptum fuisse mediante ipsa quadragenaria possessione, & ita respectu capituli Tirasonen. videtur intrare posse regulam, l. i. ff. de autoritat. tutor. & l. Aristot. in fin. quæ res pignori obligari possit, de qua per gloss. verb. diuturni, in §. ex non scripto, de iure natural. quod scilicet in consequentiam ei permittitur, quod alias principaliter denegaretur: respectu autem commodi ipsarum vicariarum potest dici principaliter intrare quadragenariam ipsarum præscriptionem, cum semper durante tempore prouisione vicariis uniformiter possederint ipsas portiones, ut vicariis annexas.

Pro quibus facit sequens declaratio S. Congregationis Concil. super cap. 13. sess. 24. de reform. Si due parochie per consuetudinem, quæ per 40. annos vigerit tanquam unitæ vni semper collata, sine dispensatione fuerint, eorum possessor non est molestandus.

Aduertendum est autem circa supradicta, Felin. 244 d. consil. 2. a. n. 16. & Rebus in praxi, tit. de vno. n. 35. quem sequitur Hoieda d. cap. 3. 2. par. n. 14. docere, quod alleganti unionem esse factam sufficit ad eam probandam probare possessionem 40. annorum, cum fama tituli, & citant Bartol. in l. Celsus, n. 5. ff. de usucapio, ubi vult, quod sufficiat probare titulum ad vluacionem publica fama, & sequuntur alij relati in additione ibi littera F. & G. & Balbus in repet. dict. l. Celsus, par. n. 41.

Sed hæc doctrina mihi videtur falsa, & contra textum in d. cap. 1. de præscriptione in 6. nec obstat doctrina Bartoli, & sequacium, quia non videtur vera, & eorum rationes solum concludunt ex fama causari iustum errorem, non vero probari titulum, & quando illa esset vera, non procederet, ubi ius commune præscribenti resisteret, ut in proposito.

Et quamuis Rotæ secuta sit dictam doctrinam Felini in causa Alexandrina S. Stephani 2. Maij, & 20. Iunij 1597. coram D. Lita, ubi fuit resolutum, Unionem probari ex possessione quadragenaria cum titulo ad consilium Felini secundum plures per Rotam canonicatum, Rebus de vno. n. 35. & de titul. constare, ex testibus deponentibus de ipsa unionem, de publica voce & fama, ad Felin. ibi, n. 16. & 17. Item ex sententia lata ad fauorem Abbatis S. Iustinae de anno 1526. quæ dum dicit Ecclesiæ hac S. Stephani esse membrum d. Abbatis, virtualiter præsupponit ipsam unionem.

Tamen istæ resolutiones videntur postea reuocata, nam in eadem 15. Februar. 1599. coram D. Penna, Rotæ censuit, Reuocandum esse mandatum de manutenenda

L. L. 4

GARCI
de
Bonif.

249 P.O. 12.

250

257

252

...

154

n. 26. Rota decus. 168. n. 9. par. 2.

[illegible]

34

7099.

1587. *Finis* 66 *Finis* 17 Nov

lucis.

60.774.

60. num. 17. Valascus *supr.* n. 16. & Meno. d. *conf.* 191. n.

72. li. 2.

262 Et facit, nam quamvis variae sunt opiniones, ut antiquum in materia probationis, vt per Aymon de antiquitate l. par. sect. 1. Duennas d. reg. 299. num. 7. Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 3. Mascard. *conclus.* 103. a num. 1. Sim. de Prætis de interpret. ultim. volun. lib. 5. interpretatione 2. dubitatione ultima a num. 231. & Morlam in Emporio iuris l. par. quasi. 11. dir. 11. n. 7.

263 Tamen tamen communis, & magis recepta opinio est, vt requiratur tempus centum annorum, vt per Ale. d. *conf.* 89. num. 5. & in aliis consiliis, Iason. in repet. l. admonendi. nu. 246. ff. de iure iur. & in l. cum aliquis, n. 7. C. de iure deliberandi, Decium in cap. 1. de appell. num. 47. Aym. n. 4. Duennas, Valascus, Mascardum, n. 7. & Morlam. ibi, & Ioan. Gutier. *conf.* 1. n. 5. & Fari. l. par. 9. 47. n. 112. & 117. & de testib. q. 69. a n. 14. 1. Zuallos d. q. 302. n. 9.

Quod tamen Rota intelligit quoad instrumenta, & scripturas, Puteus *decis.* 212. lib. 1. Caputaquen. *decis.* 28. num. 4. p. 1. Quæ sic debet intelligi, & Rota in d. *decis.* 185. par. 1. & in d. *decis.* 288. in prin. par. 2. & in d. Sutrinagin testibus vero illud dicit antiquum quod excedit 60. annos, Caputaquen. *decis.* 5. n. 3. & *decis.* 298. par. 3. Granutius Theoremate 22. num. 5. Burlat. *conf.* 151. a num. 29. lib. 2. & Farin. d. q. 47. num. 116. & 122. & d. q. 69. n. 145. & Rota *decis.* 155. n. 13. par. 2. diuersorum.

265 Et ita tamen in vna Faentina præsentæ dotis 5. Junij 1560. fuit dictum, Rotam tenere quod respectu testum illud dicitur de antiquo, quod excedit meram 60. annorum, iuxta consilium. Alex. 4. li. 2. licet respectu instrumentorum requiratur tempus centum annorum: vt per Ferrallum *decis.* 240. lib. 1. in manuscript. & vide declarationem S. Congregationis Concilij supra adductam 5. par. cap. ult. n. 92.

266 Rota tamen in d. *decis.* Putei 209. lib. 3. in fine in terminis illius decisionis in instrumento tenuit, tempus 99. annorum pro antiquo, & sequitur Masc. d. *coel.* 1418. n. 12. dicens cum d. *decis.* quod ex verbis enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, puta 99. vel 100. annorum probatur vnio. Quod sustineri potest cum in tanto tempore vnus annus, plus vel minus, importet parum.

267 Et tam tamen in testibus, quam in instrumentis cum ambigitur, an sint de antiquo, detrahendum est tempus litis, Puteus *decis.* 449. nu. 2. in fi. lib. 2. Rota *decis.* 185. in prin. & 188. n. 1. & d. *decis.* 288. in prin. par. 2. Et in vna Tudertina bonorum 23. Maij 1569. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Commissionem, quemadmodum interrumpit præscriptionem, ita interrumpere eam præsumptionem, qua oritur ex antiquitate temporis, & passim tam in testibus, quam in instrumentis cum ambigitur, an sint de antiquo Rotam soluere detrahere tempus litis, & C. Granutius *supr.* & Farin. d. num. 116.

268 Ad quod etiam est tamen decisio in causa Meliten. præcedentis 5. Dec. 1578. coram eo. D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Quod quamvis regula sit, quod sit præsumendum pro sententia, Gabriel de sentent. *conclus.* 5. tamen stylus Rota non admittit talem præsumptionem iustificationem in sententiis extra Rotam, nisi in sententiis valde antiquis, puta centum annorum, & in quibus clara est obseruantia, & quod esset etiam præsumptio ex reclamationibus, non obstante sententia antiquitate, quia sententia, an sit de antiquo, est arbitrarium, Abb. *conf.* 4. num. 14. l. parte.

Præsumptio autem, qua ex antiquitate oritur, facile eliditur per contradiotionem, vt fuit resolutum in d. Tudertina bonorum, nec in Rota accedunt transsum in rem indicatam, nisi constet de iustitia, & si sententia est iniusta, non transibit in indicatam, de quo quando sententia dicatur antiqua, vide decisiones in causa Burg. inuersionis de Virbesca *supr.* adductas 3 p. c. 2. a n. 205. maxime tertiam & quartam.

Quod autem dictum tamen est, vnionem probari ex enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, accipiendum est concurrente longissima quasi possessione ipsius vnionis, non alias, iuxta illud, quod alias in simile de iure patronatus tradit Achilles *dec.* 6. de iure patr. seu 319. Puteus 60. & 140. in fin. lib. 1. & dictum est *supr.* 5. p. c. ult. a n. 87.

Et facit tamen quod dicit Aymon *conf.* 276. n. 32. quod licet alias in antiquis probationes leuiiores, seu præsumptiuæ, & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra possessorem, contra quem actor debet plenissime probare, non obstante temporis antiquitate, & idem concludit Ripa in l. re qua nobis, de acquir. posses. numero 59 Corn. *conf.* 35. col. penult. lib. 1. & *conf.* 19. col. 2. lib. 2. & *conf.* 24. & 130. li. 4. Socin. *conf.* 194. col. fi. lib. 2. Tobias Nonius *conf.* 6. numero decimo, post Abb. in c. veniens, 1. num. 8. vbi Decius num. 22. de testib. & in cap. inter dilectos, de si de instrum. nu. 6. Afflic. *decis.* 277. Ioan. Nicolaus Arelatan. in addit. vlti. ad Alciatum reg. 2. præsumpt. 20. & Mascard. *conclus.* 547. num. 6. & 7. & *conclus.* 551. num. 9. & 10.

Quamuis tamen idem Aym. d. tract. de antiquitate, l. par. 27. sect. viso in hac l. num. 4. & 5. sect. vlti. nu. 33. teneat sufficere probationes leuiiores per indicia, & coniecturas, vel famam in antiquis etiam contra possessorem, qui nondum præscripsit, & sequitur Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 115. num. 4. Mascard. d. *conclus.* 103. n. 17. Farin. d. q. 47. n. 118. & Ioan. Garcia de nobilitate, gloss. 18. §. 1. a n. 9. post Aretinum, & Felinum nu. 16. in d. c. veniens, & Decium *conf.* 428. & in cap. 1. de appell. a n. 44.

Quæ tamen sententia mihi non placet, & solum posset procedere, quando præsens status, & possessio illius contra quem agitur, non repugnaret illis indiciis, & coniecturis seu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amissa, de qua amissione alias constaret.

Vltimo tamen probatur vnio per confessionem partis aduersæ. Oldr. *conf.* 296. num. 4. Caputaq. *decis.* 344. numero. 3. & 4 p. 3. & sequitur Mascard. d. *conclus.* 1418. num. 15.

Sed hæc tamen sententia patitur difficultatem, primo ex eo, quod titulus beneficij non probatur per confessionem aduersarij, licet ex ea possit iustificari, & coadiuari gloss. in c. duobus. verb. si non appareat, & ibi DD. de rescript. in 6. Rebus. de pacificis posse. num. 194. alias 162. Aym. *conf.* 93. numero 5. Azueed. *consil.* 12. a num. 16. Rota *decis.* 9. de rescript. spoliati. in nouis, & ibi additio, & in *decis.* 8. de causa poss. in antiq. & *decis.* 44. de testib. in antiq. quæ ait, quod confessio partis non sufficit ad effectum adiudicandi beneficium alteri, licet sufficiat ad imponendum silentium parti consentienti, & Rota *decis.* 534. nu. 3. par. 1. diuersorum: ergo nec vnio.

Secundo, quia tamen ius patronatus non probatur ex sola confessione aduersarij, vt S. Congregat. Concilij censuit *supr.* c. 9. sess. 25. de reform. his verbis: An per confessionem supplicantis, & narratiuam, quod beneficium est iuris patronatus alicuius ex fundatione, vel de-

zatione probetur titulus iurispatron. ad formā huius Capituli Concilij in princ. ut non sit necesse eundem titulum ostendere, etiam ex authentico documento, siue ex multiplicatis presentationibus per ipsius quod nominum memoriam non excedat, Congregatio respondit non sufficienter probari per solam confessionem.

²⁷⁶ Vnde t̄ prædicta sententia non videtur vera, nisi concurrentibus adminiculis & coniecturis, ut in simili de iure patronatus, alias tenuit Rota in vna Regien. iurispatronatus 9. Maij 1586. coram Domino Pamphilio, ut in decif. sequenti, Domini promaiori parte tenuerunt satis constare de iure patronatus, &c. Accedit etiam pro confirmatione iurispatronatus confessio ipsius domini Camilli in eius provisione, quæ saltem in sui præiudicium sufficit ad probandum ius patronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione. Casfad. decif. 7. de iure patro. Putens 6. libr. 3. Peregrin. decif. 62. lib. 2. Præsertim ubi est adminiculata ex pluribus adminiculis & coniecturis, Achilles decif. v. nica de confessis. Sic non obstat resolutio S. Congregationis Concilij qua loquitur, ubi quis sola confessione

²⁷⁷ nititur.

Idem in vna Gerunden. t̄ permutationis 17. Maij 1593. coram D. Lita, ut in decif. sequenti. Dubitatur, an constet, quod hebdomadaria curata Ecclesie parochialis loci de Aquaviva sit de iure patronatus Archidiaconatus Empuritanen. in casu, & ad effectum, de quo agitur: & domini tenuerunt sufficienter constare de iure patronatus in casu, & ad effectum, de quo agitur, hoc est ad effectum, ut ipsa permutatio non valeat tanquam facta sine consensu dicti Archidiaconi, & non ad effectum canonicandi ipsum ius patronatus, nam hoc casu maior probatio requireretur: non igitur fuerunt domini ex eo, quod permutantes pluries confessi fuerunt etiam medio iuramento, quod dicti hebdomadaria est de iure patronatus d. Archidiaconatus, quas confessiones Archidiaconatus acceptavit denegando consensum præstare d. permutationi iam factæ, quæ confessio in præiudicium ipsorum confitentium plene probat ad textum in l. cum te C. de transactio. in l. generaliter C. de non numerat pecun. Baldus conf. 19. 2. num. 8. lib. 2. Oldra. conf. 296 numero quarto Capuaque. decif. 344. num. 3. lib. 3. & in terminis iuris patronatus tenuit Rota, concurrentibus tamen aliis adminiculis in illa Pamplonen. iurispatronatus, 26. Iunij 1586. coram R. P. D. Orano, & in vna Regien. iurispatronatus coram R. P. D. Pamphilio, & in illa Mediol. Capellanie coram R. P. D. meo Decano. Verum hoc in casu non desunt adminicula, datur enim instrumentum visitationis de anno 1578 in quo dicitur hanc hebdomadariam esse de iure patronatus d. Archidiaconatus, & in aliis pluribus instrumentis visitationum dicitur eam spectare ad collationem d. Archidiaconi, & clarum est verbum collatio comprehendere presentationem, ut per Rebus. in praxi de deuolutio. r. 70. Dantur etiam lute provisionum factarum de dicto beneficio ab ordinario, cui consensu d. Archidiaconatus expresso, quod ad illius collationem seu presentationem spectet, & dantur testes deponentes de auditu, quod d. hebdomadaria sit de iure patron. d. Archid. quæ omnia visa fuerunt dominis sufficientia pro adminiculis hoc in casu, cum non agatur, ut dixi, ad canonizationem d. iurispatronatus.

²⁷⁸ Idem etiam in causa t̄ Pampl. beneficij de Tanfi 10. Aprilis. & 20. Nou. 1595. coram D. Mantica, & in causa Placētina Capellanie. 24. Nou. eiusdem anni coram Dom. Penna, ut in decisione sequenti. Circumscriptionis testium exceptionibus gratia D. Iulij de Becoria ultimo loco producta videbatur iustificata quoad narrationem iurispatronatus ex fundatione vel

dotatione, ex confessione Augustini, qui in sua gratia confessus fuerat Capellaniam ad altare S. Mariæ Angelorum in Ecclesia S. Petri oppidi de Castiglo esse de iure patronatus laicorum de Becoria, Putens decif. 326. num. 3. lib. 2. & decif. 36. lib. 3. Peregrin. 64. lib. 2. Præsertim cum esset adminiculata, ex duabus presentationibus de annis 1495. & 1507. nec ageretur ad canonizationem iurispatronatus, cum ordinarius non esset in causa, nec pro libertate beneficij certaret: item dicebatur iustificata, quo id presentationem narratam factam a patronis de personalitū infra quatuor menses cum institutione subsequuta ex sola exhibitione instrumentorum, qualicumque presentatio fuisset, sufficeret factam fuisse de facto, Egidius decif. 115. incipit. falsa expressio, Verallus 407 part. 2. Quod vero idem Iulius nullo fructu percepisset ex prædicta Capellania ex eiusdem Iulij assertione censebatur probatum ex eo, quod actus negatus in facto proprio negans consistens per eius assertionem cum iuramento probari posset, Ripa in l. si constante. ff. soluto matr. n. 20. & 21. Alci. de præsump. reg. 3. præsump. 20. n. 2.

Tandem idem tenuit Rota in vna Lucana parochialis 25. Iunij 1601. coram D. Pamphilio.

²⁸⁰ Iuxta quas decisiones, t̄ ita demum ex confessione partis aduersæ concurrentibus etiam adminiculis & coniecturis probabitur vnio, si non agatur ad illius canonizationem, si enim ageretur ad canonizationem vnionis, seu ad declarandum beneficium vnium, id non sufficeret, ut dicitur de iure patronatus, sed probanda erit per instrumentum seu literas ipsius vnionis, aut per immemoriam, seu quadragenariam cum titulo, vel ex verbis enuntiatis instrumentorum antiquorum, iuxta dicta. Quamvis confessio etiam non sola reuocata actoris prætendens beneficium, tanquam non vnium, sufficeret ad imponendum ei silentium iuxta dictam decisionem 44. de testib. in antiq. &c. & Aym. d. conf. 93. numero quinto.

²⁸¹ Ad septimum, quando vnio t̄ dicatur sortita effectum, quod est vile ad reg. 12. Cancellarie ab omnibus Papis fieri solitam, in qua reuocantur vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum, & ad Decretum Concilij, ses. 7. cap. 6. de reform. & ses. 25. capit. 9. vers. insuper accessiones dicendum est vnionem dici sortitam effectum, si secuta sit possessio, non alias. Glossator in dict. reg. quæ apud cum est 11. qui ait, quod super hoc emanauit quædam extraneas Martini Quinti, quæ declarat istam regulam in quantum dicit, nisi sortita sint effectum, scilicet, quando non est secuta possessio, & ibi Mando. 95. Hoieda d. cap. 3. 2. part. 2. num. 21. & practabilia Rotæ d. cap. de vnio. in fi.

Et sic non subsequuta possessione ante d. regulam reuocatoriam superuenientem, vnio per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio, tanquam vere vacante legitime prouideri: nisi vnio sit facta pro dote necessaria, &c. Mando. ibi & 9. 3. Mohed. dec. 6. de priuil. alias 138. & Rota decif. 1136. lib. 3. part. 3. diuersorum in vna Abulen. anno 1540. Thanis decif. 43. in manuscriptis.

²⁸² In qua dicitur quod t̄ regula reuocatoria vnionum qua non sunt sortitæ effectum intelligitur, quod vnio sit sortita effectum, quando ipsius vigore fuit capta possessio, ita commentator ipsius reg. ibi, quem domini, alias secuti sunt, & licet d. reg. habeat verba amplissima etiam de vnionibus factis in fauorē Ecclesiarum, & priorum, licet tamen non intelligitur reuocata vnio facta pro constitutione dotis, vel augmento cultus diuini, quia si de eis Pa-

et Papa cogitasset vel interrogatus esset, verisimiliter respondisset, ar. l. tale pactum §. ff. de pactis, & referebat antiquiores, ita iudicatum in vna Calagur. & ita tenere 13. Oct. 1542. in vna Conchen. coram Io. Paul. fuit tamen actum, quod alias tenuit est solum in dote necessaria, & non augmentatua, ita dixit Cardinalis Crescentius tunc Auditor. Ita in d. decis. Thani.

284 Et in vna Toletana t. beneficij de Vallecis, 20. Nouembr. 1592. coram D. Gipsio fuit resolutum, Quod vnio beneficij, qua non fuit sortita effectum ante regulas reuocatorias Greg. XIII. & Sixti V. est per illas reuocata, per ea que scribit Glossator super regula reuocatoria vnionum in fi. Thani. decis. 43. Acombonus 20. lib. 1. & non fuit sortita effectum, si Papa voluit effectum sortiri post obitum possessoris, qui obit de anno 1590. & etiam si ante regulam reuocatoriam possessio capta non fuit per monasterium, cui vnio facta est, minusque fructus percepti, prout requiritur, Calder. conf. vlt. nu. 2. de rebus Ecclesie, tradit Modernus in reg. 12. q. 5. n. 3. Thani. sup. Nec refert, quod medietas fructuum loco personis reservata fuerit monasterio, Calder. sup. & licet vnio pro augmento cultus diuini facta sub alicuius regula reuocatoria comprehendere non videatur, Crescen. dec. 14. li. 1. alias 14. que in impressis est 1. de parochiis, Moh. d. 145. Tholomaeus 49. que est 3. p. diuerso. lib. 3. decis. 1143. Achilles 1. super regula 1. intelligendum est de augmento pro dote necessaria illius Ecclesie, cui fit vnio (de quo debet constare Oldrad. conf. 261. Putens decis. 337. lib. 1. Achilles sup. & in vna Conchen. erectionis 13. Aprilis praeteriti coram D. Seraphino, & in vna Virdun. canonicatus, 28. Maij 1582. coram eodem D. Gipsio, alias regula reuocatoria frustratoria essent, cui semper vniones pro augmento cultus diuini fiant. Nec refert, quod fratres monasterij viuunt elemosinis, qua non computantur in dotem Ecclesie, Rochus de iure pat. verb. dotauit, Lambli. 1. p. q. 5. cum d. monasterium sit fratrum mendicantium S. Dominici, qui ex elemosinis viuere debent, & satis est, quod ante effectuationem monasterio opulenta hereditas relicta sit: nam quando vnio deuenit ad casum, &c.

285 Et in t. vna Mediolan. dismembrationis 16. Nou. 1594. coram D. Orano fuit resolutum, Quod vnio facta, qua non est sortita effectum, ante regulam Sixti V. reuocatur, quando non fuit facta ex causa necessitatis, sed voluntatis, vel vilitatis, &c.

286 Et in vna t. Casaraugustana fructuum 10. Nou. 1595. coram D. Iusto fuit resolutum, d. regulas cessare, quando dismembratio fit pro dote monasterij in augmentum cultus diuini, Putens decis. 331. & 337. lib. 1. Achilles decis. 1. de regula, &c. Fuit enim d. dismembratio pro dote cuiusdam monasterij monialium erigendi oppido de Alcania. In qua t. etiam fuit dictum d. reg. Cancellariae, quae superuenit de vnionibus non sortitis effectum, non obstat in casu illo, in quo aliqua bonorum portio a beneficio est dismembrata, & vnita monasterio.

Quod tamen non videtur verum, quia regula etiam de dismembrationibus expresse loquitur, ibi. & dismembrationes etiam perpetuae. Mand. ibi. q. 2.

Est etiam circa praedicta decisio t. in causa Conchen. erectionis, 13. Aprilis 1592. coram D. Seraphino quae sic ait: Domini unanimiter censuerunt vnionem, de qua agitur, non cadere sub regula reuocatoria vnionum, ex quo applicatio ista bonorum fabricae locorum depopulatorum fit pro dote necessaria beneficij erigendi, & pro augmento cultus diuini, Mohed. deci. 14. 5. Crescen. 116. & 141. alias 1. & 3. de paroch. Fabius 5. lib. 1. Putens 341. lib. 1. Achilles 397. Verallus 389. lib. 1. in manu-

scriptis, Thani. 43. Ant. Aug. in reg. reuocatoria, vnionum, num. 1. & 2. nec procedit solum in vnione pro beneficio erecto, sed etiam in ea, qua fit in ipsa beneficij erectione, prout expresse loquitur d. dec. 116. & 141. Crescen. ut patet ex earum lectione, & ex decis. 138. in qua narratur factum illius causae. Confirmabitur ex eo, quod cum gratia erectionis non expirauerit, ut fuit resolutum consequens est, ut non expirauerit vnio, qua venit in necessariam consequentiam, cum sit dos omnino necessaria. Praeterea rationes consideratae d. dec. 141. hic militantes, cum hic non extinguatur aliquod corpus beneficij, & alteri applicetur, nec etiam bona alicuius beneficij, ita quod in nullo ladicur facultas conferendi, quae fuit praecipua causa regula reuocatoriae, sed tantum appl. canitur bona fabricarum locorum depopulatorum vacata, in quibus Ecclesia desierit esse in rerum natura, quae esset conuertenda in vsum fabricae earundem Ecclesiarum, si extaret, & non essent diruta. Et quod d. regula non habeat locum quando vnio fit ex causa dotis, & necessaria alicuius loci vel rei pie, tradit etiam posthac Gonzalez d. gl. 5. §. 7. n. 48. dicens fuisse etiam dictum in d. Casaraugustana dismembrationis fructuum, 13. Maij 1596. coram eod. D. Iusto, & n. 51. ait, quod etiam non habet locum d. reg. quando vnus ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur, ut fuit resolutum in vna Tirafon. Prioratus 17. Februarij 1595. coram D. Blancheto.

Aduertendum est autem, t. quod quamuis Mandos. d. q. 5. num. 3. & Rota in d. Toletana cum Calder. videantur velle, ut vnio dicatur sortita effectum, fructus etiam esse perceptos, id non existimo necessarium, sed statim, ac possessio capta est dici sortitam effectum, & ita videntur tenere Glossator in d. reg. decis. Thani. & practica bilia Rotae sup.

Et t. concludit decisio in causa Perusina beneficij 1. Aprilis, 1596. coram D. Blancheto, in qua fuit resolutum, Quod vnio facta de Ecclesia, seu beneficio de licentia beneficiati cum fructuum sibi reservatione statim sortitur effectum capta possessione ante fructuum perceptionem, ita ut non reuocetur per regulam Cancellariae reuocatoriam vnionis superuenientem durante adhuc reservatione fructuum, secus esset, si vnio esset suspensa post cessum, vel decessum beneficiati, Par. conf. 36. n. 18. li. 4. Oldrad. conf. 223.

Necque etiam est necessarium, ut ad istum effectum ut vnio dicatur sortita effectum, quod possessio sit pacifica, quicquid velit glossa supra.

Requiritur tamen praecise possessio, nec sufficit voluisse capere possessionem, & fecisse quantum in se fuit, & non potuisse habere, &c. quicquid velit Glossator ibi.

Rursus aduertendum est, t. quod reg. ista reuocatoria non videtur intrare, si saltem in parte vnio sortita fuit effectum: nam tunc dici non potest vnionem suam non esse sortitam effectum: cum saltem in parte eum sortita fuerit, & negatiua totum excludat, in dubio potius est pronuntiandum pro non reuocatione, Roma. conf. 327. in princip. & Rota decis. 468. n. 1. par. 1. diuersorum.

Et cum in vna t. Burgen. vnionis de Helinis dubitaretur, An dictum capit. 6. §. illa vero ses. 7. habeat locum in vnione, qua tempore publicationis Concil. Trident. erat effectiuata in parte. sic responsum est: Congregatio Concil. Trident. responderat non habere locum. Postea dubio iterum proposito stetit in decis. a Cardinali Carrasa 12. Iunij 1589. Et in t. hac causa Rota coram domino Orano 28. Iunij 1589. resoluit, In- trare decretum Concilij d. ses. 25. cap. 9. verfic. insuper

accessiones, quia vnio in ea plenarium non fuit sortita effectum, licet beneficia vnita supprimantur, quæ differentia prouenit ex diuersitate verborum illorum decretorum.

297 Vltimo vnio facta ex causa onerosa, & in recompensam, non reuocatur per regulam Cancellariæ reuocatoriæ vnionum, vt fuit resolutum in vna Eugubina beneficij 4. Iun. 1584. coram D. Rubeis: & in alia Eugubina Sancti Stephani 29. Martij 1596. coram D. Arigonio, de qua supra parte præced. c. 4. n. 42. ad Moheda. dec. 145. Crescen. 141. Puteum 337. lib. 1. González sup. n. 50.

298 Et facit, quod videtur tenere Mand. ibi q. 8. regulam illam locum sibi non vendicare in vnione facta ex causa remuneratoria ob seruitia, seu merita extraordinaria, vt per eum reg. 13. q. 8. n. 11. & seq.

299 Quamuis in vnione facta cum clausula in vim contractus habere locum alias Rota resoluerit in vna Abulen. de anno 1540. vt per Moheda. dec. 6. de primil. Put. 52. lib. 1. & dec. 1136. lib. 3. p. 3. diuersorum, & tradit Mandos. ibi q. vlt.

300 Et quando vnus dat de regula reuocatoriæ, & alter explicat vnionem fuisse sortitam effectum, cui incumbat onus probandi, vide Mandosum, ibi q. 7.

301 Ad vltimum de reuocatione vnionis, vide Pet. de Perusio in tract. de reuocatione vnionis, Caccialupum d. tract. de vnio. ar. 9. & 10. Rebus. in praxi 11. de vnionis reuocatione, Gambarum de offic. legati lib. 5. rubric. 1. de potestate legati in vniedo ex n. 153. & Rotam dec. 542. 578 596. & 642. lib. 3. par. 3. diuersorum, & Acor d. 2. p. lib. 6. c. 29.

302 Et in summa tamen dicendum est primo, quod ille potest vnionem dissolvere, qui potuit illam facere, quæ regulam ponit Caccialupus art. 9. & Rebus. n. 15.

303 Qui tamen, seg. cum Pet. de Perusio d. tract. c. 4. ait, quod potest Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiam à Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nam Papa vniedo noluit tollere potestatem ordinarij, c. 2. de religiof. domib. Feder. conf. 263. sequitur Acor d. c. 29. q. 5.

304 Hoc tamen de reuocanda vnione facta à Papa intelligit Pet. de Perusio d. cap. 4. quando illa vnio facta sit à Papa ex ordinaria potestate, secus si ex plenitudine potestatis, quam etiam legatum non posse reuocare ait.

305 Secundo dicendum est, quod vnio reuocari potest cessante causa propter quam facta est Caccialupus d. art. 9. Rebus. n. 1. & 2. vel alias ex causa necessitatis & vtilitatis ecclesiæ, vel quia redundat in eius damnum, Rebus. n. 3. & Acor d. c. 29. q. 4. & c. præced. q. 21.

306 Aduertendum est tamen tamen cum Petr. de Perusio c. 3. q. 3. quod vnio facta de ecclesia debili, seu paupere, non dissoluitur, si peruenierit ad pinguiorē fortunā, Cenzellinus Clem. fin. verb. defensor. de rebus ecclesiæ: tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis, Acor d. q. 4.

307 Tercio dicendum est, quod in reuocanda vnione requiritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in faciendis, Petr. de Perusio c. 3. q. 5. & 6. & Rebus. n. 24. Acor d. c. 29. q. 5. & 6.

308 Et vltius requiritur tamen vocatio defensoris, glo. in d. Clem. si. verb. vnicat, Petr. de Perusio d. c. 3. & Rebus. n. 13. & citatio eorum, quorum interest, vnionem non reuocari. Pet. de Perusio d. c. 6. Rebus. sup. n. 26. & Acor d. q. 6.

309 Quarto dicendum est, quod tamen reuocatio vnionis operatur, quod ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, Caccialupus artic.

10. Pet. de Perusio supra cap. 7. & vlt. & Rebus. n. 1. mro 38.

CAP. III.

De dismembratione.

SUMMARI.

Per dismembrationem licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis fructibus, seu redditibus: est enim dismembratio cum aliqua bona seu fructus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur, n. 1. & ita quando fructus beneficij alteri vniuntur, & remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio quam vnio, n. 2.

In dismembratione seu diminutione beneficij eadem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli requiritur, etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & alia solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, n. 3. & seqq. vbi ponuntur decisi. Rota.

Circa illud, quod in dec. Mariscan. positis dicitur ad augendum seruitium requiri, quod probetur, aliquos parochianos sine sacramentis decessisse ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduertitur S. Congreg. contrarium censuisse, vt in declaratione posita, n. 9. cui standum est, quamuis Rota eam intellegat, Episcopum ita posse ex officio, si sibi extrajudicialiter videbitur, ita esse opus, & arbitretur, & vt in resolutione posita, n. 10.

Quod dicitur in dismembratione seu diminutione beneficij requiri consensus capituli sicut in vnione, & idem procedit in dismembratione beneficiorum ecclesiæ inferioris, si Episcopus sit author ipsius, n. 11. scilicet si Episcopus non sit author, sed rector, nam in alienatione, qualis est dismembratio, rei ecclesiæ inferioris, quando Episcopus non est author, sed rector ipsius ecclesiæ non habentis collegium, sufficit, quod rector alienet cum autoritate solius Episcopi, & si habeat collegium, requiritur etiam consensus collegij, n. 12.

PER dismembrationem tamen licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, seu redditibus, est enim dismembratio cum aliqua bona fructus, seu redditus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur.

Et ita tamen quando fructus alicuius beneficij alteri vniuntur, remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio, quam vnio, vt diximus cap. præced. in princip. n. 4.

In dismembratione tamen autem, seu diminutione beneficij eadem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli, Abb. consil. 106. nu. 4. part. 2. Paulinus de potestate capituli sede vacante 3. quæst. 2. part. numer. 19. Mandosius regul. 22. qu. 13. num. 8. & 9. & practicabilia Rotæ de vnio. num. 11. versic. item scias. Requiritur etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & alia solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, cap. 1. de reb. ecclesiæ non alienan. in 6. & cap. ne sede vacante, & ibi Dd. gloss. in Clem. si vnus de reb. ecclesiæ, verb. defensor, & ibi etiam Dd. Rota decisi. vnica de rebus ecclesiæ, & dec. vnica de bis, quæ à prelati in nouis, Gambarus de officio legati li. 5. rub. de dismembratione numero 14. & 15. Mandos. d. qu. 13. numero 12. & practicabilia Rotæ supra numero 15. & 16. versic. penultim. Rota decisi. 574. part. 1. diuersorum, & in